



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 148. Factiosi a Rege dispersi, atque ad petendam veniam compulsi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

batur, hac super re protinus certio**re** reddidit, qui e vestigio Connestabilem ad se venire iussit. Hic rupta omni mora iter aggressus, Ambasiam usque processit, ibique Regem convenit, ac collatis cum eo consiliis, quid in tam periculoso rerum cardine agendum esset, deliberavit.

Sæcul. XV.  
A. C. 1440.

§. CXLVIII.

*Factiosi a Rege dispersi, atque ad petendam veniam compulsi.*

Cum optimum in arena consilium judicarent omnes, ut exercitus in aciem educeretur, Rex confestim Pictavium progressus, Feciali ad Alenconii Ducem misso, Delphinum quantocius manibus suis tradi præcepit. Hic vero spreto Regis mandato paulopost Niortho profectus, Sancti Maxentii oppidum ex insidiis capere attentabat, jamque primas urbis portas occupaverat; cum vero Regis copiarum periclitanti urbi opportune opem ferrent, re infecta abire compellebatur. Delphinus ad Averniæ Optimates, Burgundiæ Ducem, aliosque recurrebat, subsidiarios milites impetraturus. Verum his auxilio esse recusantibus, ac insuper Dunensi Comite paulopost a Conjuratorum studiis deficiente, Delphinus consilia sua haud parum disturbata damnavit, ipsi quoque factiosi non abs re suspicati, Pictavientem

Qq 2

Pro-

Sæcul. XV.  
A. C. 1440.

Provinciam sibi haud amplius securum fore asylum, ad Borbonensem ditionem sese receperunt. Ast Rex Connestabili Marchiæ Comite, necnon Comite Durensi, quem a conjuratorum corpore avulserat, stipatus, tanta armorum validitiosorum turmas ex Pictaviensi agro in Borbonensem propulsavit, ut, postquam cunctas urbes, quas in sui defensionem munire cogitabant, prospero Marte occupasset, ad extremas eos redegerit angustias, quibus nimium pressi Delphinum Regi tradere, atque ejus pedibus adoleri, & delicti veniam exorare compellerentur. Igitur Cusseti, quæ est parva civitas Borbonium & inter Averniam sita, unacum Borbonii Duce Delphinus Patris sui conspectum subibat, ubi & eundem efflictim rogabat, ut Trimollio, Calvimontano, & Priensi Comitibus aulam repetendi copiam faceret, sed repulsum tulit, Rege in responsis dante, se intemptivas ejusmodi preces molestius ferre. His peractis Rex, antequam Cusseto discederet, die vigesima Julii datis ad omnes Regni Provincias Regiis literis, Delphini Filii sui subjectionem nunciabat. Intestinum hoc bellum *Prageria* dicta est, hujus tamen nominis origo ignoratur. Sedata hac tempestate Rex Bituricum venit, ut conventui, cujus supra meminimus, a se convocato ipse interesset, quo

quo itinere suscepto veluti in transitu Charitæum, urbem ad Ligerim sitam armis suis subjecit. saecul. XV.  
A. C. 1440.

## §. CXLIX.

*Arefluctum ab Anglis obsessum.*

Eodem anno Angli Arefluctum Norman-  
niæ urbem obsidione cingebant, non-  
nisi sex armatorum millibus, & nonnul-  
lis navibus ad hanc expeditionem desti-  
natis. Urbem propugnabant Estutevil-  
læ Principes, duo Fratres germani, qui  
Regis stipendia merebantur, tantoque ani-  
mi robore oppugnantium impetus reprim-  
ebant, ut Angli jam septimum mensem  
irrito conatu pugnantes, loci occupandi  
spem abjicerent. Rex hac temporis op-  
portunitate solerter usus, copias suas col-  
legit, urbi suppetias laturus. Præficia-  
bantur huic exercitui Aurelianensis No-  
thus, & Borbonius, qui primo Anglos  
aggredi, eorumque aggeres, & valla tran-  
scendere moliebantur. Verum ambo ho-  
ste validissimis propugnaculis munito, non  
sine gravi suorum jactura in fugam age-  
bantur; quocirca duabus, ac ferme tri-  
bus leucis inde retrocedere coacti, castra  
posuerunt, ubi foedere cum Anglis sanc-  
to convenerunt, ut urbs Arefluctum una-  
cum Montevilla oppido Anglorum impe-  
rio relinqueretur, ac præsidarii milites

*Jean Chart.  
Hist. de  
Charl. VII.  
an. 1440.*

Montivil-  
liers.

Qq 3

urbe